D. CARNIOLÆ.

Ottho cum gnata Regis, quâ labitur Albis,
Spe cumulandarum fœdera iunxit opum.
Protinꝰ, hæc patriæ adijciẽs noua ſceptra Ducatꝰ,
Creuêre Auſtriaci laudis honore Duces.

D. BRABANTIÆ.

Magnos magna decent, ſectatur maxima quæq́;
Maxmilianus, habet nomina fauſta Dijs.
Fouerit hunc Mauors magis, an Hymenæus honeſtus,
Haud ſcio, uterq́; ſatis præmia magna dedit.

D. SILESIÆ.

Prole Sigiſmundi cum caſta fœdera ſanxit
Auſtriacæ Albertus maxima fama domus:
Hic cum Pannonijs, Sclauis, Croatisq́; Boëmisq́;
Illanc Auſtriacis adijciebat humum.

M. MORAVIÆ.



Quod vitæ ſociam ſibi iunxit Regis Elyſſam
Albertus, largas contulit Auſtriæ opes.
Albis erit teſtis, teſtis quoque florida terra,
Cuius nunc Moraui pinguia prata colunt.